Bernardus ad f. de m. d. xxii c.

Certis horis certe lectioni vacandum est
Fortuita enim et varia lectio et quasi casu
reperta non edificat sed reddit animum
instabilem et leviter admissa leviter re
cedit a memoria sed certis ingeniis im
morandum est et assuefaciendus est
animus. Eo enim spiritu scripture facte
sunt eo spiritu legi desiderant eo etiam
intelligende sunt. Numquam ingredie
ris in sensum pauli donec usu
bone intentionis in lectione eius et
studio assidue meditationis eius spiritum
imbiberis. Numquam intelliges Da
vid donec ipsa experientia ipsos psal
morum indueris affectus sicque de
reliquis et in omni scriptura tantum
distat studium a lectione quantum amicitia
ab hospitio socialis affectio a fortuita

ſalutatione. Item et de cotidiana lectio-
ne aliquid cotidie in ventrem memorie
dimittendum eſt quod fidelius digeratur
et ſurſum revocatum crebrius ruminetur
quod propoſito conveniat quod intentioni profi-
ciat. quod detineat animum ut aliena co-
gitare non libeat. Mauriendus eſt ſe-
pe de lectionibus ferre affectus et forman-
da oratio que lectionem interrumpat nec tamen
impediat interrumpendo quin priorem
continuo animum ad intelligentiam lectionis
reſtituat. Intentionem enim definiat
lectio. Si vero in lectione deum querit
qui legit omnia que legit ~~cooperante~~
coaptantur ei in bonum etc.

Idem ſuper Cantica. Doctrina ſpiritus
non curioſitatem acuit ſed caritatem accendit
Vel in terra devotio in littera Alioquin
littera occidit ſi abſque indumento ſpiritus
deglutiatur.